



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

Concilium Namnetense Romani pontificis iussu celebratum, circa annum  
Christi DCLVIII. Vitaliani papae II. Clodouei II. regis XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

VITALIANVS C. NAMNETENSE. CONSTANS IMPERATOR.  
PAPA. CLODOVEVS II. R. FRANC. 437

in orthodoxa fide adorant te, & seruiunt tibi in veritate  
vsque in finem. Sola intemerata & sanctissima, proprie  
natura sine mendacio, ac veraciter Dei mater, & post  
partum iterum vere virgo casta, iuua.

ANNO CHRISTI 658. CONCILIVM NAMNETENSE

Romani pontificis iussu celebratum, circa annum

Christi DCLVIII. Vitaliani papæ II.

Clodouei II. regis xv.

**H**VIVS Synodi consensu beatum Niuardum episcopum Rhe-  
mensem monasterij Altivillarenſis ad Matronam fluum  
constructionem renovationemque suscepisse, auctor est Flodoardus  
lib. II. histor. cap. VIIII. Hic beatus Niuardus, inquit, cum  
ex communi consensu totius Concilii præfulum Galliæ,  
Namnetis Romani iuſſione pontificis exhibiti, rege fa-  
uente, restruxisset ecclesiam monasterii super ripam Ma-  
ternæ fluminis, in loco nuncupato Villari dudum siti,  
sed a barbaris diruti, & ab eo construēta hæc funditus  
cecidisset ecclesia, in alio loco rursus ab ipso restructa  
rursum traditur corruisse. Et post alia, quæ de tertio loco cæ-  
litus ostendo inserit. Mox idem præfus succidi filiam iu-  
bens, in honore S. Petri & omnium apostolorum ibi  
construxit ecclesiam, & vbi resedisse columbam viderat,  
altare instituit, collectisque seruis Dei monasterium or-  
dinavit.

NOTA IACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS IESV.

<sup>1</sup> *Concilium Namnetense.*] Ex verbis Flodoardi hoc vnum intelligimus, habitum eo tempore fuisse, quo Niuardus Rhemensi eccleſiae præsidebat: de anno autem nihil compertum. Quæri etiam fortasse non abs re potest, vtrum ad hanc Synodus pertineant Canones XX. qui Namnetensis Concilii nomine circumferuntur sine vlla temporis epocha, extantque sub Formoso papa.